



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma, Sive Avrea Armilla Bartholomæi Fvmi Placentini,  
ordinis Prædicatorum, ac hæreticæ prauitatis Inquisitoris**

**Fumo, Bartolomeo**

**Antverpiae, 1570**

Consilium.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30427**

CONSERVATOR.

**C**ONSERVATORES proprie secundum Arch. in c. 1. de of. dele. dicuntur hi, qui dantur infringentes priuilegia, & latius, qui dantur vt defendant ab iniurijs, & offensis. Et de his intelliguntur iura loquentia de conferuatoribus. Aliquando dantur generalius secundum priuilegia, quæ sunt inspicienda. Vnde in priuilegio Sexti quarti, quod incipit, Regimini. datur autoritas fratribus prædicatoribus, & minoribus eligendi quemlibet canonicum, vel habentem dignitatem, & quod possit defendere ab omnibus iniurijs, id est, secundum Archidiaconum ab omnibus, quæ sunt contra ius, & quod ministret iustitiæ complementum, sine strepitu. &c. Multa alia possunt, quæ non possunt cõseruatores, secundum iura allegata.

**V**ICARIVS Episcopi, quia est in dignitate quasi Episcopali, & abbates, priores mendicantium, & guardiani, qui superiorem in domo non habent, possunt esse cõseruatores Gemi. in c. nullus de elect. lib. 6.

**S**i cõseruator secundum iura allegata, vbi aliter non exprimitur in re scripto, se intromittit de alijs à manifestis iniurijs, & violentijs, vel de his, quæ requirunt iudicalem indaginẽ, est per vnum annum suspensus ab officio, & consequenter à beneficio, secundum Archidiaconem, & pars quæ hoc fieri procurauit, excommunicationis scientiam incurrit ipso facto, de qua infra, Excommunicatio. 87. & tenetur de expensis legitimè factis, & propter hanc causam, canone in primis. secunda, quæstione prima. quod si alius, cuius non est cõseruator, hoc fieri procurauerit, secundum Ge. non est excommunicatus.

**C**õseruator durat vsq; ad obitum concedentis tantum, quoad negotia non incepta. capitulo final. officio delega. libro sexto. nec potest alteri vices suas committere, nisi citationes, & sententiarum denuntiationes, in dicto capitulo finali. nisi ex li-

teris aliter constet. Conferuator secundum Archidiaconum in dicto capitula primo, est delegatus, quia materia eius ponitur in titulo delegati. licet in multis differat. Tabu. ibi. 5. quinto.

CONSILIVM.

**C**ONSILIVM quod est idem quod persuasio non habens vim coactiuam, tenetur homo non contemnere, non autem adimplere, & ordinantur cõsilia Christi ad hoc, vt firmius, & tutius eius præcepta seruetur. ex Thom. de ver. quæstione decima. se. prima. a. 3. ad. 2. De consulente, & cõsilio vide infra, Restitutio, quãdo quis tenetur. 5. 58.

**Q**uod tenetur facere aliquid de cõsilio aliquorum, si talis qui petit non est sani, vel integri sensus, vt cum pupillus tenetur cum cõsilio duorum agnatorum facere aliquid, ibi, cõsiliu accipitur pro assensu. Si verò sit integri iudicij, tamen tenetur petere cõsiliu ab his, qui sunt participes illius officij, & tunc cõsiliu pro assensu etiam capitur. in capitulo venerabili iuncta gloss. de officio delegati. Alias qui tenetur facere cum cõsilio, licet teneatur petere cõsiliu, nõ tamen tenetur sequi. Pan. in cap. cum in veteri. de elect. in gloss. 1. secus quãdo teneretur facere de cõsilio, & assensu. Nec differt dicere de cõsilio, vel cum cõsilio, licet Cin. cõtrarium tenuerit, in l. id quod pauperibus. de episcop. & cler. Primum tamen tene, quia melius.

**Q**uando verò tenetur facere cõsensu alicuius, distinguunt docto. aut ille de cuius consensu agitur, potest esse particeps huius officij, aut non, si secundum, non est necesse sequi eius assensum, ne per aliam viã eidem permittatur, quod alia via negatur, per regulam cum quid vna via, de regu. iuris. lib. 6. Si verò potest esse particeps, tunc aut necessitas petendi cõsiliu iniungitur ab homineci, qui habet potestatem à lege, & tunc cõsensus non necessitat: quia homo non potuit auferre potestatem datam à le-

ge. c. tua de test. aut iniungitur à lege, vel ab homine habente potestatem ab homine, & tunc debet assensum illorum. per gloss. in cap. vnic. in 6. ne sed. vacan. credo tamen quòd committentis intentio esset attendenda, quando committens habens auctoritatem, in dubio procedit, vt supra dictum est.

4 QVANDO ille de cuius consilio aliquid est agendum, est mortuus, vel ita absens, quòd non potest adiri, vel non vult consulere, secundum Pan. in. c. ex parte. de. constit. & in. d. c. cù in veteri. Si periculum ex dilatione imminet, semper sine consilio potest procedi. Hoc sentit etiam Bartol. in. l. 1. §. si plures ff. de exerci. action. qui de mente iuris est, vt si consilium nõ potest haberi, procedatur ad consummationem actus. vt in dicto capi. vni. Si verò non imminet periculum, aut ille est mortuus, & tunc si nomine proprio expresso potestas consulendi fuit sibi attributa, expirat mandatum, & secunda iussio debet expectari. argu. in. c. cùm dilecta. de. re script. Si verò fuit expressum nomen dignitatis debet expectari successor. argu. cap. quoniam Abbas. de officio delegati. Idem si est ita absens quòd eius consilium nõ possit requiri. Si verò est præfens, & non vult cõsulere, vel absens, & non vult venire, nec consilium præstare, tunc potest mādatus sine consilio procedere. text. in dict. capit. cùm in veteri. vel secundum Pan. in eo. ca. poterit appellare.

5 Si quis ex forma mandati debeat requirere consiliũ, & non petito consilio procedit ad actũ, secundum Pan. in. d. c. ex parte, non valet, quando lex à principio potestatem ei tradit cum tali modificatione. Si verò prius habebat potestatem, & superior munda-uit fieri cum cõsilio Titij, tenet actus sine tali consilio, licet transgredietur veniat puniendus. argumen. in. c. dilectus. ele. 2. de. præben. aliter quando requiritur assensus. hæc procedunt, de consilio, & c.

6 QVI tenetur petere consilium, &

malè ei consulitur, si sequitur tale cõsiliũ aduertenter, non excusatur, quia licet teneatur petere, non tamen sequi. secundum Panor. in dict. capit. cùm in veteri. ideo iudex qui tenetur pronuntiare cum consilio sapientis, non excusatur, si malum consilium sequitur. secundum Bart. in dict. §. si plures. Nec frustra dicitur esse petitio consilij, etiam quòd non teneatur petens sequi, quia petendo posset consentes in suam trahere sententiam, & quia salus ibi, vbi multa consilia. canone pro verbis. vigesimaquarta distinctio.

CONSTITVTIO.

1 CONSTITVTIO proprie dicitur, quam princeps statuit. can. constitutio. distinctio. secunda, & largè pro omni iure accipitur, vt in cap. cùm omnes de constitutionibus. Et fit constitutio proprie à principe cum suis consiliarijs, secundum Panormitanum, in rubric. eod. titu. quandoq; à collegio, & de eius natura est, vt sit perpetua, nisi reuocetur. Non autem sic ordinationes, quæ à collegijs fiunt, quia non sunt perpetuæ. Vnde Arch. Flor. dicit. part. titul. 24. capitul. 2. §. 4. quòd ordinationes quæ fiunt in capitulis generalibus, vel prouincialibus, obligant vsque ad sequens capitulum, postquam promulgatæ fuerint, sed postquam non practicantur in obseruando, vel non publicantur, vel à fortiori, quādo non sunt in memoria, non obligant.

2 QVANDO prælatus aliquid ordinat sine collegio, durat tantum eius prælatione durante, nisi auctoritate Papæ fiet, secundum Archi. Floren. ibi. Tunc enim durat, donec reuocetur.

3 CONSTITVTIO nulla ligat, vel afficit ignorantes verè secundum Pan. in. 2. c. de constit. post gloss. & si est synodalis, vel prouincialis, & nõ est positus terminus, sed fit simpliciter, immediate ligat omnes scientes, ignorantibus verò ad arbitrium boni hominis. Papales post duos menses ligant, scientes tamen immediate ligantur, nisi